

## TITULUS XVI.

### DE PROMULGATIONE ET EXECUTIONE DECRETORUM CONCILII

#### CAPUT UNICUM.

994. Omnia et singula, quae in hoc Concilio Plenario decreta et sancita sunt, pro necessitatibus Ecclesiae et salute animarum nostris in regionibus, filiali reverentia et obsequentissimo animo Apostolicae Sedi submittimus. Quia vero nulla lex vim obligandi habere potest nisi promulgetur, statuimus, ut, postquam a Sancta Sede decreta huius Concilii expensa et recognita fuerint, statim promulgentur; atque decernimus, ut, elapso anno ab hac solempni promulgatione, vim suam obligatoriam et plenarios effectus per universas Americae Latinae Ecclesias habere et obtinere debeant, veluti si promulgata essent in singulis dioecesibus, vicariatibus, praefecturis et missionibus.

995. Si prudens dubium aut gravis difficultas in alicuius decreti vel aliquorum decretorum executione et interpretatione oriatur, in iis quae substantiam et vigorem ipsorum decretorum nullatenus respiciunt, solutio a Metropolitanis, vel etiam a respectivis Episcopis, si agatur de rebus minoris momenti, erit petenda. In reliquis vero ad Sacram Congregationem Negotiis Ec-

clesiasticis Extraordinariis praepositam omnino recur-  
rendum erit.

996. Nulla privata versio decretorum huius Con-  
cilii Plenarii, sive totalis, sive unius tantum et integri  
tituli, permittatur aut toleretur. Si vero versio totalis  
vel partialis necessaria iudicetur, accuratissime fiat, et  
nonnisi obtenta expressa licentia Sanctae Sedis in  
lucem edatur<sup>1</sup>.

997. In omnibus et singulis archivis uniuscuiusque  
dioecesis, parocchiae et ecclesiae publicae, habeatur  
unum saltem exemplar decretorum huius Concilii Ple-  
narii, in pastoralis visitatione Episcopo seu Visitatori  
exhibendum et in inventario adnotandum.

998. Leges et consuetudines etiam immemorabiles,  
sive provinciales, sive dioecesanae, sive locales, quo-  
cumque demum nomine designentur, etsi speciali men-  
tione dignae dicantur vel censeantur, decretis huius  
Plenarii Concilii quomodolibet contrariae, omnino abro-  
gatae et sublatae habeantur, salvis indultis a Sancta  
Sede concessis, salvoque iure recurrendi ad ipsam San-  
ctam Sedem Apostolicam.

<sup>1</sup> Qua in re prae oculis habenda est prudentissima haec norma,  
circa versiones Concilii Tridentini tradita, die 2 Iulii 1629: « Proposito  
« articulo de ordine SSmi D. N. a Congr. de Prop. Fide remisso: An  
« translationes S. Conc. Tridentini in alias linguas sint permissae, an  
« potius comprehendantur in Constitutione sel. rec. Pii IV prohibente  
« illius interpretationes et glossas; S. C. Cardinalium Concilii Tridentini  
« interpretum censuit translationes eiusdem Concilii Tridentini de lingua  
« latina in gallicam, vel alias linguas esse prohibitas, ideoque signifi-  
« candum S. Congregationi Indicii, ut omnino prohibeat translationes  
« huiusmodi factas, quae absque speciali auctoritate huius S. Sedis Apo-  
« stolicae impressae sint » (*Collectanea S. C. de Prop. Fide* pag. 765,  
n. 1867).

Quibus omnibus et singulis Nos omnes huius Con-  
cilii Plenarii Latino-Americani Patres consentientes et  
definientes subscribimus:

*Rōm Archiepiscopus Praeses ac Delegatus Apostolicus  
huius ultimae sessionis:*

† Ego EMMANUEL Archiepiscopus Limanus, definiens  
subscripsi.

*Rōm Archiepiscopi Praesides ac Delegati Apostolici  
aliarum sessionum:*

† Ego HIERONYMUS Archiep. S. Salvatoris, Primas in  
Brasilia, definiens subscripsi.

† Ego MARIANUS Archiep. S. Iacobi de Chile, definiens  
subscripsi.

† Ego BERNARDUS Archiep. Bogoten., definiens sub-  
scripsi.

† Ego HYACINTHUS Archiep. de Linares, definiens sub-  
scripsi.

† Ego EULOGIUS GREGORIUS Archiep. Antequeren., de-  
finiens subscripsi.

† Ego PROSPER MARIA Archiep. Mexican., definiens  
subscripsi.

† Ego PETRUS RAPHAEL Archiep. Quiten., definiens  
subscripsi.

† Ego IULIUS Archiep. Portus Principis, definiens sub-  
scripsi.

† Ego IACOBUS Archiep. de Durango, definiens sub-  
scripsi.

† Ego ULADISLAUS Archiep. Bonaeren., definiens sub-  
scripsi.

- † Ego MARIANUS Archiep. Montisvidei, definiens subscripsi.  
 † Ego IOACHIM Archiep. S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, definiens subscripsi.

*Rōmā Episcopi.*

- † Ego IGNATIUS Ep. S. Ludovici Potosien., definiens subscripsi.  
 † Ego BERNARDUS AUGUSTUS Ep. S. Iosephi de Costarica, definiens subscripsi.  
 † Ego CLAUDIUS Ep. S. Petri Fluminis Granden., definiens subscripsi.  
 † Ego IOACHIM Ep. Fortalexien., definiens subscripsi.  
 † Ego RAPHAEL Ep. Queretaren., definiens subscripsi.  
 † Ego Fr. REGINALDUS Ep. Corduben. in America, definiens subscripsi.  
 † Ego Fr. IOSEPHUS MARIA O. M. Ep. Saltillen., definiens subscripsi.  
 † Ego ISMAEL Ep. Punien., definiens subscripsi.  
 † Ego PLACIDUS Ep. SS. Conceptionis, definiens subscripsi.  
 † Ego FLORENTIUS ED. Ep. Serenen., definiens subscripsi.  
 † Ego EMMANUEL Ep. Olinden., definiens subscripsi.  
 † Ego SILVERIUS Ep. Mariannen., definiens subscripsi.  
 † Ego EDUARDUS Ep. Goyasen., definiens subscripsi.  
 † Ego IOACHIM Ep. Medellen., definiens subscripsi.  
 † Ego ANTONIUS M. Ep. de Guayana, definiens subscripsi.  
 † Ego PAULUS Ep. Tucumanen., definiens subscripsi.  
 † Ego EMMANUEL Ep. Popayanen., definiens subscripsi.  
 † Ego ATHENOGENES Ep. Colimen., definiens subscripsi.

- † Ego RUDESINDUS Ep. Paranen., definiens subscripsi.  
 † Ego IGNATIUS Ep. Tepicen., definiens subscripsi.  
 † Ego IOANNES ANTONIUS Ep. Cuschen., definiens subscripsi.  
 † Ego Io. M. ALEXANDER Ep. Caiesen., definiens subscripsi.  
 † Ego IOSEPHUS Ep. Chihuahuen., definiens subscripsi.  
 † Ego IOANNES AUGUSTINUS Ep. S. Fidei, definiens subscripsi.  
 † Ego MARIANUS ANTONIUS Ep. de Plata, definiens subscripsi.  
 † Ego FRANCISCUS Ep. Petropolitan., definiens subscripsi.  
 † Ego IOSEPHUS LAURENTIUS Ep. Amazonum, definiens subscripsi.  
 † Ego IOSEPHUS Ep. Curytuben. de Paraná, definiens subscripsi.  
 † Ego ANTONIUS RAYMUNDUS Ep. Emeriten. in Indiis, definiens subscripsi.  
 † Ego ANTONIUS EM. Ep. de Belém de Pará, definiens subscripsi.  
 † Ego IOANNES SYMPHORIANUS Ep. de Paraguay, definiens subscripsi.  
 † Ego STEPHANUS Ep. Tolimen., definiens subscripsi.  
 † Ego FRANCISCUS Ep. Cuernavacen., definiens subscripsi.  
 † Ego EMMANUEL Ep. de Arequipa, definiens subscripsi.  
 † Ego EVARISTUS Ep. Socorren., definiens subscripsi.  
 † Ego FRANCISCUS Ep. Tabasquen., definiens subscripsi.  
 † Ego PETRUS Ep. Carthaginen. in Indiis, definiens subscripsi.  
 † Ego MATHIAS Ep. Salten., definiens subscripsi.

† Ego RAYMUNDUS ANGELUS Ep. S. Caroli Ancudiae,  
definiens subscripsi.

† Ego HOMOBONUS Ep. Sinaloen., definiens subscripsi.

*Notarii Concilii:*

FRANCISCUS OROZCO JIMENEZ, Notarius Concilii.  
EDUARDUS RIBAUT, Proton. Apost., Notarius Concilii.  
LEOPOLDUS RUIZ, Notarius Concilii.  
BENEDICTUS DE SOUZA, Notarius Concilii.  
ALBERTUS REYES, Notarius Concilii.  
GEORGIUS INDA, Notarius Concilii.  
EMMANUEL MARIA POLIT, Notarius Concilii.  
CAROLUS GARCIA IRIGOYEN, Notarius Concilii.  
NICOLAUS NAVARRO, Notarius Concilii.

Romae, die nona Iulii anni millesimi octingentesimi nonagesimi noni.

FINIS.

## INDEX

LITTERAE APOSTOLICAE QUIBUS DECRETA CONCILII PLENARII AMERICAЕ LATINAE PUBLICANTUR ET PROMULGANTUR . . . . .	VII
--	-----

### ACTA CONCILII.

LITTERAE APOSTOLICAE INDICATIONIS CONCILII PLE- NARII AMERICAЕ LATINAE. . . . .	XIII
LITTERAE CIRCULARES S. CONGREGATIONIS CONCILII AD ORDINARIOS DIOECESANOS AMERICAЕ LA- TINAE UNIVERSAE DE PLENARIO CONCILIO . . . . .	XV
LITTERAE PATRUM CONCILII AD SSMUM D. N. LEO- NEM PAPAM XIII. . . . .	XVI
SS. D. N. LEONIS PP. XIII RESPONSO. . . . .	XXVII

### CAEREMONIALE CONCILII.

METHODUS SERVANDA IN CONCILIO. PLENARIO EPI- SCOPORUM AMERICAЕ LATINAE ROMAE IN AEDI- BUS COLLEGII P. L. AMERICANI EX AUCTORITATE LEONIS XIII PONT. MAX. ANNO MDCCCIC CELE- BRANDI.	
MONITUM . . . . .	XIX
DE HIS QUAE CONCILIO ANTECEDUNT. . . . .	XIX
DE CONGREGATIONIBUS PRAEPARATORIIS . . . . .	XXI
DE CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS . . . . .	XXI
Sessio Prima . . . . .	XXII
Sessio Secunda. . . . .	XXX
Sessio Tertia . . . . .	XXXIII
DE SOLEMNIBUS EXEQUIIS PRO OMNIBUS EPISCOPIS DEFUNCTIS AMERICAЕ LATINAE . . . . .	XXXV
CONTINUATIO SESSIONIS ULTIMAE POST VESPERAS AD CONCILIIUM DIMITTENDUM . . . . .	XXXV